



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

79. Isthic septis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)



bus aquis impervia, iter in *Drenthiam* prohibebant. Jussis igitur armatorum circiter octo millibus, Ductore Comite d'Offerij, & Cronio rei tormentia Praefecto, apud *Staphorstum* & *Rovennam* Castella, transitum vi querere, *Christophorus Bernardus* cum reliqua exercitus parte *Oetmarsiam*, & inde per Comitatum *Benthemensem* in *Embslandiam* Partem contendit, ut *Gorgassianis* hasce copias sociamitteret. Et quanquam Batavi vias in *Staphorst* in *Drenthiam* & *Rovenne* ita praescriptas existimabant, ut im-possibile foret hosti penetrare: *D'Offeriani* agrum tamen, ut primum tormento vel uno agi ceptum est, facili negotio peruperunt, fugientibus *Hasseletum*, *Zovollamq;* excubitoribus. Hac igitur *Drenthiam* longe, lateque & agrum *Groningensem* pervadunt, ac demum *Winschoti*, inque tractu *Westeruvoldico* ac *Weddano* muniunt se, Principis nutum expectaturi.

Is jam ante *Gorgassio* se junxerat, & desperata tunc continuas inter pluvias *Bourtan-*ge munimenti obsidione (quae cognominem *Isthic* inter ac vastam paludem, loco uliginoso, stagnanteque sita est) graviore cura premebatur, qua tandem via aquis quotidie invalescentibus salvaret exercitum, qui trans paludes confidebat. Nam intersecis ubique pontibus, viisque numerosiore passim milite firmatis, iter prius relegere, hostis ex classariis indic

1665.

79.

*Isthic*  
*sepris.*

dies



1665. *Super paludes Bour- vanga.* dies potentior, & *Bourvanga* vastitatem pemeare, palustris humus, vix usquam equitabilis, & voragine passim obvix vetabant. Cum autem effugium aliud nullum occurreret, iter *Hedam* Embslandix pagum & *Aphel* ex adversa ripa ( *Crucigerorum* quondam Monasterium ) *Bourvanga* paludi pontem imponi jubet. Minor isthic inter utramque oram distantia erat, nec ultra sesquimillium Germanicum latitudo extendebatur. Magna igitur festinatione certantibus utriusque operis, machinam fabricant. Congerunt fascies, virgulta, viminaque & everlis etiam in hostico domibus, tigna, trabes, tabulae, ferres, & quidquid usquam erat in vicinia ignorum, ut pons confiat.

80. *Conster- natio Batavorum* Ingens sub hac consternatio in Batavia fuit; nam late terrorem sparserat haec *Monasteriensis* expeditio. Dum *Isala* vicinior *Christophorus Bernardus*; *Gelri*, *Zutphanis* que auxilia inclamant: & *Groningeni* *Itim*, ac *Frisia* è tractu, qui excubabat *Itim* miles *Batavus*, inusitata promptitudine submittitur. Ut primum verò angusta viarum ad *Staphorsum* penetrat, seseque in *Dronthiam* effundit hostis, nudatam dolent *Provinciam Frisij*; & ipsi & *Groninga* festinato copias revocant, quas paulò antè concesserant *Transsalanorum*, *Gelrorum*que necessitati *Fortissimae Batavorum* Legiones, *classim mixta*